



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 Vtrum præter præcepta moralia cæremonialia, & iudicialia contineat  
aliqua alia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

precepta legis veteris ponere. s. moralia, quæ sunt de  
dicamine legis naturæ: cæremonialia, quæ sunt de  
terminaciones cultus diuini: & iudicialia, quæ sunt de  
terminaciones iustitiæ inter hoïes obseruandæ. un-  
de cum Apoll. Ro. 7. dixisset, quod lex est sancta, subiun-  
git, quod mandatum est iustum, & bonum, & sanctum. iu-  
stum quidem quantum ad iudicialia: sanctum quantum  
ad cæremonialia (nã sanctum dicitur quod est Deo dica-  
tum) bonum, id est, honestum, quantum ad moralia.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod tam præcepta  
moralia, quam etiam iudicialia, pertinent ad dire-  
ctionem vitæ humanæ: & ideo vtraque continetur  
sub vno membro illorum, quæ ponit August. s. sub  
præceptis vitæ agendæ.

Ad SECVNDVM dicendum, quod iudicium significat  
executionem iustitiæ, quæ quidem est s. m applica-  
tionis rationis ad aliqua particularia determinate:  
vnde præcepta iudicialia cõmunicant in aliquo cõ-  
muni, in quantum scilicet a ratione deriuantur:  
& in aliquo cum cæremonialibus, in quantum scilicet  
sunt quædam determinaciones cõmunium præ-  
ceptorum: & ideo quandoque sub iudiciis compre-  
henduntur præcepta iudicialia, & moralia, sicut dicitur  
Deut. 5. Audi Israel cæremonialia atque iudicia:  
quandoque vero iudicialia, & cæremonialia, sicut dicitur  
Leu. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea  
seruabitis. ubi præcepta ad moralia referuntur, iudi-  
cia vero ad iudicialia & cæremonialia.

Ad TERTIVM dicendum, quod actus iustitiæ in generali  
pertinet ad præcepta moralia: sed determinatio  
eius in speciali pertinet ad præcepta iudicialia.

¶ Super Questionis  
99. Artic. quin-  
tum & sextum.

ARTICVLVS V.

*Vtrum aliqua alia præcepta cõtineantur  
in lege veteri præter mora-  
lia, iudicialia, & cære-  
monialia.*

AD QVINTVM sic procedi-  
tur. Videtur quod aliqua alia  
præcepta cõtineantur in lege ve-  
teri præter moralia, iudicialia, &  
cæremonialia. Iudicialia enim  
præcepta pertinent ad actum iusti-  
tiæ, quæ est hominis ad hoïem,  
cæremonialia vero pertinent ad  
actum religionis, quæ Deus colit:  
sed præter has sunt multæ aliæ vir-  
tutes. s. tẽperantia, fortitudo, li-  
beralitas, & aliæ plures, ut \* s. di-  
ctum est. ergo præter prædicta oportet  
plura alia in lege veteri cõtineri.

¶ 2. Præter. Deut. 11. dicitur, Ama  
dominũ Deum tuum, & observa  
eius præcepta, & cæremonialia, &  
iudicia atque mada: sed præcepta  
pertinent ad moralia, ut \* dictum est.  
ergo præter moralia, iudicialia, &  
cæremonialia adhuc alia cõtinentur  
in lege, quæ dicuntur mada.

¶ 3. Præter. Deut. 6. dicitur, Custodi  
præcepta domini Dei tui, &  
testimonia, & cæremonialia, quas  
tibi præcepit. ergo præter omnia  
præcepta adhuc in lege testimo-  
nia continentur.

¶ 4. Præter. In Psal. 118. dicitur, In

A æternum nõ obliuiscar iustifica-  
tiones tuas. \* gl. id est, legẽ. ergo  
præcepta legis veteris non solũ  
sunt moralia, cæremonialia, & iu-  
dicialia, sed etiã iustificationes.

SED CONTRA est, quod dicitur  
Deut. 6. Hęc sunt præcepta,  
cæremonialia, atque iudicia, quæ man-  
dauit dominus Deus uobis: &  
hęc ponuntur in principio leg-  
is. ergo omnia præcepta legis sub  
his comprehenduntur.

RESPON. Dicendum, quod in  
lege ponuntur aliqua tanquam  
B præcepta, aliqua vero tanquam ad  
præceptorum impletionem ordi-  
nata. Præcepta quidem sunt de his  
quæ sunt agenda, ad quorum impletionem ex duobus homo  
inducitur, s. ex autoritate præcipientis, & ex utilitate  
impletionis, quæ quidem est consecutio alicuius  
boni vtilis, delectabilis, uel honesti, aut fuga alicuius  
mali contrarij. Oportuit igitur in veteri lege  
proponi quædam, quæ autoritatem Dei præcipien-  
tis indicarent, sicut illud Deuter. 6. Audi Israel, Do-  
minus Deus tuus, Deus unus est. & illud Genes. 1.  
In principio creauit Deus cælum & terram: & hu-  
iusmodi dicuntur testimonia. Oportuit etiam quod  
C in lege proponerentur quædam p̃mia obseruantium  
legem, & pœnæ transgredientium, ut patet Deuter.  
28. Si audieris vocem domini Dei tui, faciet te ex-  
cellioem cunctis gẽtibus &c. & huiusmodi dicun-  
tur iustificationes, secundum quod Deus aliquos  
iuste punit, vel p̃miat. Ipsa autem agenda sub præ-  
cepto non cadunt, nisi in quantum habent aliquam  
debiti rationem. Est autem duplex debitum, vnum  
quidem secundum regulam rationis: aliud autem  
secundum regulam legis determinantis, sicut \* Phi-  
losoph. in 5. Eth. distinguit duplex iustum. s. mora-  
le, & legale. Debitum autẽ morale est duplex: dicitur  
enim ratio aliquid faciendum vel tanquam necessa-  
rium, sine quo nõ potest esse ordo virtutis, uel tan-  
quam utile ad hoc, quod ordo virtutis melius cõser-  
uetur: & secundum hoc quædam moralium p̃ciisẽ præci-  
piuntur, vel prohibentur in lege: sicut, Non occi-  
des, Non furum facies: & hęc proprie dicuntur præ-  
cepta: Quædam vero p̃cipiuntur, uel prohibentur,  
non quasi p̃ciisẽ debita, sed propter melius, & ista  
possunt dici mandata: quia quandã inductionem ha-  
bent, & persuasionem, sicut illud Exo. 22. Si pignus  
acceperis vestimentum a proximo tuo, ante solis oc-  
casum reddas ei, & aliqua similia: unde \* Hier. dicit,  
quod in p̃ceptis est iustitia, in mandatis uero chari-  
tas. Debitum autẽ ex determinatione legis in rebus  
quidem humanis pertinet ad iudicialia: in rebus au-  
tem diuinis ad cæremonialia. quãuis etiã ea quæ  
D pertinent ad pœnam, uel p̃mia, dici possunt testimo-  
nia, in quantum sunt protestationes quædam diu-  
inæ iustitiæ. Omnia vero præcepta legis possunt dici ius-  
tificationes, in quantum sunt quædam executiones  
legalis iustitiæ. Possunt etiam aliter mandata a præ-  
ceptis distingui, ut præcepta dicantur quæ Deus per  
se ipsum iussit: mandata autem, quæ per alios mada-  
uit, ut ipsum nomen sonare uideretur. Ex quibus om-  
nibus apparet, quod omnia legis præcepta continentur  
sub moralibus, cæremonialibus, & iudicialibus: alia  
vero non habent rōnem præceptorum, sed ordinã-  
tur ad præceptorum obseruationem, ut \* dictum est.

status hominum no-  
ui testamenti, quod scilicet,  
non sufficit quod de-  
sideremus bona tẽpo-  
ralia: saluo tẽ ordine  
ad Deũ, quia hoc im-  
perfectorum, & sub  
ueteri lege est: sed o-  
portet, ut contemptis  
tẽporalibus, spirita-  
libus inhæreamus. hic  
enim nouæ legis p̃ci-  
sionis est status. Hęc  
enim, quã pauci ho-  
die ad nouæ legis sta-  
tum spectant, & uti-  
nam ad veteris statũ  
saltem pertineremus.

Glo. interli-  
nearis ibid.

Cap. 7. te. 5.

In promm. i  
Marcu 2 me-  
dio, repies i  
gio. ordinar.

Ad in isto art.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd sola iustitia inter alias virtutes importat ratione debiti & ideo moralia intantum sunt lege determinabilia, in quantum pertinent ad iustitiam, cuius etiam quedam pars est religio, vt \* Tullius dicit, vnde iustu legale non potest esse aliquid praeter caremoralia, & iudicialia praecpta. Ad alia patet responsio per ea quae dicta sunt.

Li. 3. de inu. in fol. 4. ante finem lib.

ARTICVLVS VI.

Utrum lex vetus debuerit inducere ad obseruationem praecptorum per temporales promissiones, & comminationes.

Sup. q. 91. ar. 5. q. 107. ar. 1. ad 2. & 3. ad 4. ar. 2. co. 8. ar. 4. & Ro. 8. le. 3. c. 10. & 2. Cor. 11. lcc. 6.

q. 16. n. 6. p. cur. a. princ. tom. 4.

Ca. 2. a. med. tom. 5.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod lex vetus non debuerit inducere ad obseruationem praecptorum per temporales promissiones, & comminationes. Intentio enim legis diuinae est, vt homines Deo subdat per timorem & amorem. vnde dicitur Deut. 10. Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum? sed cupiditas rerum temporalium abducit a Deo. dicit enim \* Augustinus in lib. 83. quaest. Quod venenum charitatis est cupiditas. ergo promissiones, & comminationes temporales videntur contrariari intentioni legis aeternae, quod facile legem reprobabilem facit, ut patet per philosophum in 7. Polit.

¶ 2. Præ. Lex diuina est excellentior, quam lex humana: videmus autem in scientiis, quod quanto aliqua est altior, tanto per altiora media procedit. ergo cum lex humana procedit ad inducendum homines per temporales comminationes, & promissiones, lex diuina non debuit ex his procedere, sed per aliqua maiora. ¶ 3. Præ. Id non potest esse primum iustitiae, vel poenae culpae, quod equaliter euenit & bonis, & malis: sed sicut dicitur Ecc. 9. Vniuersa aequae eueniunt iusto & impio, bono & malo, mudo & immudo, immolanti victimas, & sacrificia contemnti. ergo temporalia bona, vel mala non conuenienter ponuntur vt poena, vel praemia mandatorum legis diuinae.

SED CONTRA est, quod dicitur Isaie primo. Si volueritis, & audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos.

RESPON. Dicendum, quod sicut in scientiis speculatiuis inducuntur homines ad assentiendum conclusionibus per media syllogistica: ita etiam in quibuslibet legibus homines inducuntur ad obseruantias praecptorum per poenas, & praemia. Videmus autem in scientiis speculatiuis, quod media proponuntur auditori secundum eius conditionem. Vnde sicut oportet ordinare in scientiis procedere, ut ex notioribus disciplina incipiat: ita etiam oportet eum, qui vult inducere hominem ad obseruantiam praecptorum, vt ex illis eum mouere incipiat, quae sunt in eius affectu, sicut pueri prouocantur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munusculis. Dicitur est autem \* supra, quod lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum. vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectiorem, quae erat futura per Christum: & ideo populus ille comparatur puero sub pedagogo existenti, ut patet Galat. 3. Perfectio autem hominis est, ut contemptis temporalibus, spiritualibus inhaereat, vt patet per illud quod Apostolus dicit Phil. 3. Quae quidem retro sunt obliuiscens, ad ea quae priora sunt

q. 98. ar. 1. & 2. ad 1. & 2. 3.

me extendo: quicunq; ergo perfecti sumus, haeremus. Imperfectorum autem est, quod temporalia bona desiderant, in ordine tamen ad Deum, uerorum autem est, quod in temporalibus bonis non constituant. Vnde legi veteri conuenienter per temporalia, quae erant in affectu hominum imperfectorum, manduceret homines ad Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cupiditas, quae constituit finem in temporalibus bonis, est diabolus venenum: sed consecutio temporalium bonorum homo desiderat in ordine ad Deum, est quae inducens imperfectos ad Dei amorem, secundum illud Psal. 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris.

AD SECVNDVM dicendum, quod lex humana accit homines ex temporalibus premijs, uel poenis per homines inducedis: lex uero diuina ex praemij vel poenis exhibendis per Deum, & in hoc procedit per media altiora.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut patet habere ueteris testamenti reuoluenti, communis Israelitae puli semper sub lege in prosperitate fuit, quae legem obseruabant, & statim declinantes a praecipis legis diuinae, in multas aduersitates inciderunt. Sed aliqua persona particularis etiam nullius legis obseruans, in aliquas aduersitates incidit: uel quia iam erant spirituales effectus, ut per bonas ab affectu temporalium abstraherentur, uel quia uirtus probata redderetur: aut quia operibus exterioribus implentes, cor totum habebat in temporalibus defixum & a Deo elongatum. Item quod dicitur Isa. 29. Populus hic labijs murrat: cor autem eorum longe est a me.

QVAESTIO C.

De praecptis moralibus ueteris legis, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de singulis generibus praecptorum ueteris legis.

Et primo, de praecptis moralibus. Secundo, de ceremoniis. Tertio, de iudicialibus.

CIRCA primum quaeruntur duodecim.

¶ Primo, Utrum omnia praecpta moralia ueteris legis sint de lege naturae.

¶ Secundo, utrum praecpta moralia ueteris legis sint de actibus omnium uirtutum.

¶ Tertio, utrum omnia praecpta moralia ueteris legis reducatur ad decem praecpta decalogi.

¶ Quarto, De distinctione praecptorum decalogi.

¶ Quinto, De numero eorum.

¶ Sexto, de ordine.

¶ Septimo, de modo tradendi ipsa.

¶ Octauo, utrum sint dispensabilia.

¶ Nono, utrum modus obseruantiae uirtutis cadat sub praecpto.

¶ Decimo, utrum modus charitatis cadat sub praecpto.

¶ Undecimo, de distinctione aliorum praecptorum moralium.

Super q. 100. ar. 1. primam.

In 1. articulo moralium in 10. in illis quae solum ea, quae sunt de natura, denotantur. Sed etiam quae adiuuunt ad fidem, conseruantur propterea quae uetera dicuntur moralia sunt de lege secundum deum. Nos mouet per se, secundum illud distinguuntur contra rationem. Ita quod moralia quae sunt de lege naturali, seruanda sunt sola, uel sola adhaerent. Cetera autem moralia, quae sunt de lege positua, ferens erant. Item ponit, quod in his praecptis, ut magis quae praecpta sunt, ferantur, quae sunt de lege naturali, quae sunt de lege positua.